

ORATIO || DE BONIS ANIMI || ET CORPORIS,
SCRI-||PTA ET || HABITA IN INCLY=||TO NATIONIS
HVN-||GARIC...

by: Peczi, Sigismund
Wittenberg, Berlin; 1588

Nutzungsbedingungen


Die digitalisierten Bestände der Staatsbibliothek zu Berlin stehen allen Interessierten weltweit kostenlos zur nichtkommerziellen Nutzung zur Verfügung. Bei Nutzung der Digitalisate ist die Staatsbibliothek als besitzende Institution in der Form "Staatsbibliothek zu Berlin - PK" zu nennen und der permanente Link zum Digitalisat anzugeben.

Ferner erbittet die Staatsbibliothek zu Berlin die kostenlose Zusendung eines Belegexemplars von Editionen und wissenschaftlichen Arbeiten, die auf ihren Beständen beruhen.

Die Rahmenbedingungen für gewerbliche oder kommerzielle Nutzungen werden vom bpk - Bildagentur für Kunst, Kultur und Geschichte (www.bpk-images.de) transparent gemacht und vertraglich geregelt. Dazu gehört insbesondere die Nachnutzung der Digitalisate

- als Reproduktionsvorlagen für Print-Publikationen (mit Ausnahme von wissenschaftlichen Publikationen mit einer Auflage bis zu 1000 Exemplaren)
- als Reproduktionsvorlagen für Faksimile-Ausgaben ganzer Werke;
- in kostenpflichtigen digitalen Angeboten;
- auf Internetpräsenzen mit vorrangig gewerblichem oder kommerziellem Charakter.


No
6917




No 6917

8°(4°)

6





1914.2563

ORATIO
DE BONIS ANIMI
ET CORPORIS, SCRIP-
PTA ET
HABITA IN INCLY-
TO NATIONIS HUN-
GARICAE COETUVVIL
TEBERGAE.

A.

SIGISMVNDO PE-
czi Vngaro.

Typis Zachariæ Cratonis.

ANNO M.D.LXXXVIII.

EPIGRAMMA

GENERO SI AC MAGNIFICI
Domini Michaëlis Forgacz
Liberi Baronis de Gymes &c. in
orationem Sigismundi
Peczi.

Nudus opisq; carens cum sese exoluat in auras,
Quisquis ab Adami semina labore trahit.
Quem inopem toleret vitâ conquirat oportet
Subsidia, altrices & sibi cogat opes.
At quia totus homo, est genâ de parte coactus,
In geminas partes curâ secatur opum.
Namq; velut corpus sine viribus exit, egensq;
Sic rase tabulæ spiritus instarinit.
Hinc alios illud ditandi cura fatigat,
Ast alios istum plus coluisse iuuat.
Divitiae illius gemmis auroq; parantur,
Huius opes virtus, ars, studiumq; boni.
Quicunq; ergo cupis certâ ratione doceri,
Corporis an mentis condere præstet opes:
Vena quod ingenij conscripsit diuitis ampla
Hoc opus exiguum, perlege, doctus eris.

Crede



ALIVD.

Crede mihi, fugiens auri vesana cupido,
Concedet studijs, ingenijq; bonis.
Sic sic, ô iuuenis patrias sectare Camœnas:
Doctrinæ radios sponte sequuntur opes.

ALIVD.

Est qui dixitq; animi præferre caducas
Audet, & æterno gaudia vana bono.
Corporis & sortis res hinc dispensat iniquè,
Et perdit veras, mentis egenus, opes.
At te animo, Peczi, te sorte & corpore ditem,
Hæc quicunq; legit, nemo negare potest.

M. Iohannes Plevvka Reginæ
Hradacenus, Boëmus.

ALIVD.

Mentis opes, aurum sapientiæ, & alma di-
ferti
Dona animi, tumidis, quæ nec mare, fluctibus,
aut vis
Ventorum rapuisse queat, non ignis adurat,
Quæq; nec insidias inter, nec militis ensem
Perdantur, quisquis, curâ, vigilij labore
Ingenijq; boni quæsiuit acumine: demum
Hic mihi diues erit, non quem fortuna fouedo
Congestis opibus, donisq; referat opimis,

A 2

Atq;

Atq; alijs, vt sunt ebur, aurum, serica, gemmæ.
Abnus: ecce tibi testes: quos: hosce virentis
Et studij fructus, primæuæ & pignora certa
Aetatis Sigemunde tuæ. Vestigia clari
I lege sollicitus genitoris, & optima de te
Macte animo, comple genitricis vota, precesq;

Demetrius Cracovinus Transylvanus.

A L I V D.

LAUDIBUS, Andini, trifidus si personat orbis
Vatis, quod cecinit pascua, rura, duces.
Si decus est meritus summus, diuinus Homerus,
Condidit ingenij, quod monumenta, sui.
Quis, Sigemunde, tuum prolibet celebrare la-
borem,
Dum fructus mentis, qui sit, & vnde doces?
Crede mihi, labor hic, varios cōlectitur vius;
Ingenij neruos indicat ille tui:
Perge bonis auibus, quid enim præstantius arte
Diuinâ, quæ nos, atria ad alta, vehit.
Dum tibi adhuc teneræ, iuuenilia tempora, vitæ
Florent, & firmo pectore robur habes.
Hinc tibi doctorum veniet propensa virorum
Gloria, quæ studijs, est celebranda, tuis.

*Georgius Heldt, Sora-
nus Silesius.*

Oratio

ORATIO
DE CORPORIS
ET ANIMI DI-
VITIIS.

RTSI VERE OR, IL-
lustres ac Generosi Domi-
ni Barones, doctissime
Domine senior, vosq; qui
adestis populares lectissimi. Et si (inqua)
vereor, ne in acerbam forte reprehensi-
onis notam apud uos incurram, magnāq;
ignominiā maculam, huic mea audacia
inuram, quod cum tot, tam nobilitate ge-
neris, quam virtutum praeclaris dotibus
eruditio nisq; eximijs laudibus, illustres
et ornati, viri simul & adolescentes se-
deant, ego potissimum ad dicendum sur-

A 3 rexe-

rexerim, meamq; hanc exilē et rudem o-
ratiunculam, in conspectum coronæ hu-
ius nobilissimæ, omniq; laudis genere di-
gnissimæ, ferre, ausus fuerim: vestra ta-
men summa humanitas, mirum me
consolatur in modum, animumq; non ef-
se abijciendum suadet, nam me (nullis
prorsus meis meritis) non solum ante
hæc tempora, dum ex inclita Argenti-
nensium Academia, quæ me non minus
pietatis, quam morum atq; literarum
studijs incumbentem, fouit, aluit, suspen-
tauit, in hanc totius Germania celeber-
rimam, cum Generoso ac Magnifico Do-
mino Michæle Fogacz Barone in Gy-
mes, migrarem, summa humanitate
amplexi estis, veruetiam nunc, indies
magis magisq; cōplete timini. Pro qua ve-
stra erga me benevolētia, singulariq; ani-
morum

morum affectione, quid mihi iterū retribiendum sit penitus ignoro. Verū enim uero, est quiddam adhuc amplius, quod animū vehementer sollicitum habet meum, materia nimirum, quam mihi ad discutiendū proposui, magnitudo atq; dignitas excellens: vereor enim, ne, quem admodū Phaeton, dum maiora grauiora humeris meis imponere conor, quā sustinere queant, minus ei rei quam suscepī satis fieri à me possit: excusabit tamen me primo ipsius materia amplitudo et difficultas: excusabit secundo loco cādor animi vestri sincerus: excusabit etiā animus ad dicendū paratus, volūt asq; promptissima, cuius impulsu mēa spōte, ad hoc munus subeundum accessi. Si vero dignitati materia huius, quā longè est grauiissima, à me satis fieri minus poterit, maiorem

rem in modū a vobis peto, ne id tam ne-
gligentia mea, quā et atis et ingenij tenu-
itati, & imbecillitati, adscribere velitis
memores illius: IN MAGNIS ET VOLVIS-
SE SAT ESSE. Neq; enim profectō, ingenij
mei iactandi, (quod quā sit exigū sen-
tio) verū cū primis, veritatibus inuestigan-
dā, deinde mentis quoq; et stili excolendi,
gratiā, hoc onus suscepī: non me etenim
latet, quāta sit eius, in omnib. artibus, sci-
entijs atq; disciplinis, utilitas, quātus in
vita quotidiana usus. Sed ut et vos
auditores humanissimi, quib. de reb. sitis
audituri, facilius cognoscatis, et ego rem
mihi propositā, firmius memoria teneā,
summa quādā constituam capita, circa
qua oratio mea versari debeat, limitesq;
quos dā p̄figā, extra quos euageri reli-
gio mihi sit. Ac primū quidē diuinarum
animi, percēbo laudes, rationesq;, quib.
ce mu-

ea muniri possint adferam, easq; & ne-
cessarias, & honestas, & utiles, & io-
cundas esse demonstrabo: contra vero
diuitiarum corporis incommoda recen-
sebo, tum ea cur fugienda sint declarabo.
Secundo loco eos, qui harum sibi diui-
tiarum compararunt copiam, inq; hoc
vitae genere versantur, cum iis qui in ac-
quirendis diuitiis huic corporis, fluxis
& momentaneis laborant, conferam.
Tela deniq; aduersariorum, & crimin-
ationes, quas nobis in hoc vitae genere ver-
santibus, inq; acquirendis animi diuiti-
is laborantibus, obiciunt, refellere cona-
bor, quamque falso ab iis criminemur,
palam facere studebo. De quibus, ut
me paucis differente, placidis, benignisq;
audiatis auribus, vehementer etiam atq;
etiam a vobis peto.

B

Diui

Dicitas me non quaslibet, sed animi
esse laudaturum proposui, auditores:
quibus vero argumentis, aut rationib⁹,
id confirmabitur? Natura certe commu-
nis omnium parens, dictare id nobis &
demonstrare videtur; qua cunctis in u-
niuerso terrarum orbe animantibus, tan-
quam optimarum procreatrix et con-
seruatrix, sic prouidit, ut ad quodcunq;
tandem eorum, contemplando, animi
noſtri conuertamus oculos, reperiemus,
omnia eis, tam ad conseruandum atq;
defendendum, quam ad alendum atq;
ſustentandum, corpus, sic largita, sic tri-
buta esse, ut nullare carere, nulla desti-
tui videantur. Nam, age, Leones con-
ſideremus, admiranda roboris & viri-
um pollut magnitudine, habent un-
gues acutissimos, fauces rigidissimas, ar-
ma

ma à natura sibi, ad tutandum corpus,
depellandasq; hostium insidias, tributa.
Ad tauros nos conuertamus cornua ipsis
sunt validissima quibus illatam sibi in-
iuriam vindicare possunt. Volatilia
intueamur, celeritate valent maxima,
qua hostium insidias effugere sequè con-
seruare possunt. Nullum deniq; est ani-
mal, etiam minimum quodq;, quod
non aliquod sui corporis tutamen, à na-
tura sibi tributum habeat, ut præclare
inquit ille.

Ὥδησις ἐκάστῳ νέμε τεός, φύσιρ λερόφοιτοι
ὄντοι μὲν, τωλλὺ ταχύτητ, ἀλκήντε λέγοι,
τάχυσις δ' ἀντοχύτοις κεράεσιμ, κέντρα μελίσσαις,
Εμφυτοιρ ἀλκαρ ἔδωκε.

Arma vnicuiq; dedit D E V S, naturam
aëriam,
Aubus quidem, magnam celeritatem,
& robur leonibus,

B 2 Taurisq;

Taurisq; sponte nata cornua, & apibus
aculeos

Innatum dedit tutamen.

At unicum intueamur hominem,
hunc solum miserum, hunc imbecillem,
hunc nudum, omnibusq; armis destitu-
tum, & spoliatum, natura in hanc pro-
didit lucem; nihilq; ei præter rationem,
qua et in acquisitione rerum necessaria-
rum, non secus ac promptuario quodam,
& in defensione sui ipsius, contra varias
hostium machinationes, velut armis uti
debeat, attribuit: ut eo ipso significaret,
ei non in cultura corporis vana, non in
fluxis & momentaneis huins mundi di-
uitijs, sed potius in cultura animi longe
præstantissima, eiusq; in diuitijs, occupa-
tum esse debere. Quod si vero & natu-
ram ipsius animi, donaq; eius, qnibus
est

est ornatus, cum natura corporis, eiusq,
bonis, conferre voluerimus: quid: non
ne hac misera & calamitosa, illa felicia
& beata, hac varijs fortuna jaculis ex-
posita, illa ab ijs prorsus immunia, hac
caduca et momentanea, illa stabilia atq,
aterna, hac deniq, vana, nihilq, nisi ter-
renum continentia, illa ex cœlesti beato-
rum domicilio desumpta, hominibusq,
ab ipso Deo insusa esse reperiemus? Sen-
serunt idem Ethnici quoq, illi Philoso-
phi, quibus exigua saltē, aut nulla, ve-
ri illius & aeterni DEi fuit cognitio. Ci-
cero siquidem, i. de leg: *Animum à Deo*
ingeneratū esse dicit: Et in Cat. M: Est
inquit animus cœlestis, ex altissimo do-
micilio depresso, & quasi demersus in
terram, locum diuinæ naturæ, & eternita-
tiq; contrarium. Et rursum, 5. Tus: qst:
Humanus, inquit, animus, decerptus ex

mente diuina, cum alio nullo, nisi cum ipso Deo, si hoc fas est dictu, comparari potest.

*Quantum vero animus corpori prae-
stat, quanto est diuinior atq[ue] excellenti-
or, tanto maior opera danda est, ut hic
unicè excolatur, præclaris artibus atq[ue] di-
sciplinis, exornetur, &c., si qua bonitatis
illius pars, per lapsum primi parentis est
amissa, recuperetur et restauretur. Itaq[ue]
ipsa natura id à nobis requirit, id expe-
tit, id flagitat, ut ratione, quia nos ex-
ornatos voluit, usi, animum præclaris ar-
tibus atq[ue] disciplinis, virtutumq[ue], doti-
bus eximijs, imbuamus: sine quibus ni-
hil in hac terra stabile, firmumq[ue], esse po-
test. Honestas vero eas quis negauerit,
cum etiam maiores nostros, si eorum tem-
pora in memoriam nobis reuocauerimus,*
plus

plus in congerendis animi quam corporis diuitijs laborasse, compariemus : quibus & humanum propagarunt genus, & Respub: praclaras fundarunt, easq; iustitia & cultura, optimisq; legibus exornarunt : ciues ad concordia studium, virtutumq; actiones pulcherrimas, suo ipsorum exemplo excitarunt : urbes, oppida, regna quoq; ipsa consilijs sapientissimis, contra varios hostium furores defendenterunt, propagarunt, dilatarunt & protexerunt, nomina deniq; sua perpetua tradiderunt immortalitati. Nam quid ego Socratem Atheniensum illum Philosophum in memoriam reuocem, qui adeo in acquirendis animi diuitijs occupatus fuit, ut Apollinis oraculo omnium sapientissimus sit iudicatus : In corporis vero diuitijs comparandis, cum
eas

eas vanas esse animaduert eret, adeò se-
gnescerat, ut aliquando interrogatus,
multumne possideret: omnem suam sub-
stantiam 5. minis, estimari dixit. Quid
Anaxagoram dicam? qui cū non mo-
do generis claritate atq; diuitijs, verum
animi quoq; magnitudine clarissimus
effet, totum suum patrimonium suis
sponte reliquit: cumq; ab ijs negligentia
insimularetur. Quid ego, inquit, nonne
vos ista curatis? mox abscedens, cum in-
genti erga studia literarum affectus effet
amore, ad speculandum rerum natu-
ram se contulit, inq; pulcherrimo hoc vi-
ta genere, totum atatis sua exegit curri-
culum. Quid Aristippum; qui cum in
Graciā Philosophandi gratia profici-
ceretur, iussit seruos aurum abiucere,
ut expeditiores ad iter capessendum es-
sent

sent. Quid Platonem, Philosophum il-
lum sui temporis excellentissimum quē
mundanas contempisse diuitias, illud
summo potest esse argumento, quod cum
in Agyptum proficisci constitueret, ut il-
lic Gymnosophistas docentes audiret,
oleum (referente Plutarcho) secum mer-
catura gratiā vexit, ut viaticum sibi
inde suppeditaret: tantam vero erudi-
tionis suę, diuitiarumq; animi, in qui-
bus acquirēdis semper occupabatur, con-
secutus est gloriam, ut Philosophorum
princeps, etiamnum, à literarum culto-
ribus, non nisi summā cum laude, cele-
bretur. De cuius dialogis Cicero affir-
mare non dubitauit, Iouem silocuturus
fuisse, eo sermone usurum. De hoc eti-
am celebre illud apud Quintilianum ex-
tat Elogium: Platonem, inquit, quis du-

C bitat

bitat Philosophorum præcipuum? ex quo multum eloquentiæ, Cicero se traxisse fatetur, siue acumine differendi, siue eloquendi facultate, diuina quadam & Homerica: multum enim supra prosam orationem, & quā pedestrem Græci vocant, surgit, ut mihi non hominis ingenio sed Delphico quodam videatur oraculo instructus. *Quid deniqꝫ Aristotelem referam? cui eruditio tantum nominis peperit decus, ut libri eius, præclarè summoqꝫ ingenij acumine, ab eo conscripti, omnium quotidie manibus terrantur, diligantur, obseruentur, nomenqꝫ ciuiis omnium quotidie in ore habeatur.* Sed quid ego in his percensendis & enumerandis diutius immoror? Primū nquaeso hominem, primum intueamini Parentem Adamum, quamqꝫ is vita rationem sibi sequendam proposuerit, cōsider-

Consideretis: quas, quas, is sibi in hoc mundo comparavit diuitias? quas opes? quas facultates? cum neque quis carum esset unus, nosset: quin imo in cultura animi sibi à creatore suo tributi, adeo occupatus fuit, ut totum vite sua curriculum, in celebrando vita autore & creatore Deo optimo Maximo transgisse, in monumentis Antiquitatum Iudaicarum, legamus. O tot tamquam praclaros vanarum diuitiarum contemptores, qui diuitias animi, facultatibus huins corporis, non modo excellentiores, praestantiores, beatiores, & jucundiores esse iudicio approbarunt suo verum etiam praclaro vita confirmarunt genere. Num itaque pulcherrimum hoc vita genus ingredi, virtutisquam ad fastigium contendere, dubitabimus? quod tantus magnorum vi-

C 2 rorum

rorum numerus, tantaque sanctorum etiam Patrum cohors, sibi unice amplectendum esse duxit: num diuitias animi, virtutumque actiones pulcherrimas, vanis huius mundi diuitijs morumque barbarorum feritati, anteponere dubitabimus? quas primi nostri parentes, non modo anteponendas, verum etiam summopere amplectendas, & excolendas, existimarunt.

Quid vero per Deum immortalem
praclarisse? quid pulchrius? quid iucundius? quam earum sibi diuitiarum, opum atque, facultatum comparare copiam, qua in hoc vita humana curriculo, inque, mutua mortalium societate, & conjunctione, non modo multis modis utiles, verum etiam summè necessaria sunt?
Nā quid ego Rerum pub. administratio-
nes

Dicitur | **M**ODESTUS | **A**UGUSTINUS | **N**ON
Enstatuſ & conditioneſ dicam? quid
regnorum, urbium, oppidorum, omnium
deniqꝫ munerum & officiorum, quibus
vel Republica, vel alia societatis huma-
na fulcra, praeclare gubernantur, admi-
nistratioſ memorem? qua omnia di-
uitijs animi, tanquam diligentissimiſ
rerum pulchrarum conſeruatiſib⁹ regi
& gubernari certissimum eſt, adeo ut
nihil in hac vita humana pulchrum, ni-
hil utile, nihil jucundum, nihil ad bene-
beatęqꝫ viuendum necessarium reperia-
tur, quod non ab his, veluti unico eoqꝫ
uberrimo fonte, ſuam trahat originem,
ijsqꝫ non ſecus ac primaria (ſi ſic fari li-
cet) ſalutis ſue ancora, nitantur & ful-
ciantur: his vero ſemotis, inqꝫ rerumpub:
administratione non adhibitis, omnia,
non modo non praeclare administrari, ve-

C 3 rum

CONTRACCUSANCIAM |
rumetiam funditus everti, & ad exitium
ruere, certum est. Inde est quod Pla-
to ille (qui propter excellentiam ingenij
diuini tulit nomen) dicere haud abs re-
solebat: tum demū beatas fore respub-
si aut docti, aut sapientes homines, eas
regere cœpissent, aut qui regnarent, om-
ne luum studium in doctrina ac sapiētia,
collocassent. Quod si vero earum eti-
am Rerumpub. status, quæ longè ante no-
stra viguerunt tempora, consideraueri-
mus, eas profecto à viris, & morum, &
ingenij, & doctrina, & vita integritate
clarissimis administratas fuisse, com-
periemus. Nam age, Romanam, omni-
um quarū quidem memoria ad nostras
peruenit aures Rerumpub: facile princi-
pem inquiramus, ad eius profecto ad-
ministrationem, non nisi doctissimos, ar-
tiumq;

tumq; et scientiarum clarissimos viros,
admitti solitos fuisse, historia testantur.
Quantum vero, & imperij magnitudi-
ni addiderint, potentiam auxerint, quā-
tamq; nominis gloriam è rebus preclarè
gestis, post se reliquerint, cum uniuersi-
so id notissimum sit orbi, multis dicere
quid attinet & cum etiam constet eos, to-
tum fere terrarum orbem domasse, suæq;
subegisse potestati. Atheniensum quoq;
præclaram illā consideremus Politiam,
ad huius quoq; gubernationem, non nisi
doctrina atq; ingenij excellentia præstan-
tes viri accedere solebant: nominis ve-
ro decus tantum acquisuerunt, ut hodie
quoq; memoria eorum apud omnes, lite-
rarum præsertim studiosos, sarta te-
ctaq; conseruetur. Taceo iam alias quoq;
præstantissimas, tam Gracorum quam
latino-

latinorum, aliarumq; nationum respub-
licas, quas non nisi à viris, tam doctrina
quam ingenij acumine præstantibus, ad-
ministratas fuisse demonstrarem, nisi
temporis (cuius exigua mihi conces-
sa est usura) habenda mihi esset ratio,
Et vos quoq; idcm sentire unoq; id me-
cum ore affirmare, persuasum mihi cer-
to haberem.

Principem ver , quis non Reipub :
sapientem potius, quam insipientem, e-
ruditum quam ignarum, doctum quam
imperitum Et rudem præficiendum, Et
ad regni administrationem admitten-
dum esse existimet? Etenim, quemad-
modum Sol (cui eleganter Plutarchus
Principem comparat) dignitate, lociq;
præstantia longe ante omnia eminet side-
ra, quiq; veluti Dux ceterorum existit,
quem

quem etiam in peragendis natura & motibus imitentur & sequantur: sic Princeps in Republica, summo dignitatis ante omnes est constitutus in fastigio, cuius mores, dicta, facta & consuetudinem, subditi unice sibi imitandam proponunt: atq[ue] adeo in id unum intentos habent oculos, studia, mentes, ut eius singula virtus, virtutes, omnem deniq[ue] corporis, & animi habitum, ipsis animis et membris expressum habeant: ut non abs re Plinius vitam Principis, censuram appellauerit, eamq[ue] perpetuam esse dixerit, ad quam dirigimur, & ad quam conuertimur. Et praeclare ab antiquissima vetustate, deinde vero a Cicerone et ceteris dictum, subindeq[ue] decatatu[m] est: qualis scilicet fuerit ciuitatis Princeps talem quoq[ue] populum futurum. Theodoricus quoq[ue] Rex Gothorum, apud Casiodorum

D odorum

odorum, cum ad senatum populumq; Ro-
manum scribebat: Facilius est, inquit, er-
rare naturam, quam dissimilem sui Prin-
ceps possit formare Rempublicam.
Quid exemplis in re tam perspicua mul-
tis opus est? unicum illud (quod Bodin-
nus in suo de Republica annotavit li-
bro) adferre sufficiat: Franciscus Rex
Francorum, & Mansor Africae ac Hi-
spaniarum Imperator, incredibili amo-
re, bonas artes atq; disciplinas amplexi
sunt, summoq; eas prosequebantur stu-
dio: repente, Principes, Nobiles, Sacer-
dotes, milites, opifices, omnes deniq; va-
riarum conditionum homines, tantis stu-
dijs, artium atq; disciplinarum scienti-
am, prosecuti sunt, ut nullis unquam se-
culis nullis usquam regionibus, tanta
doctorum hominum seges, quam sub il-
lis

lis Princeps, extitisse videatur, Quid
quod ne latere quidem vitia Principum
possunt, sed minima etiam quæq; diligen-
ter obseruantur, & non solum reprehenduntur,
verum summis etiam impetu-
tur calumnijs. Quæcum ita sint, eni-
tendum profectò unice est, totisq; in id
incumbendum viribus, ut Princeps Rei
publicæ præficiatur, eximijs sapientiæ,
prudentiæ, aliarumq; virtutum dotibus
insignis, qui non solum optimum vita,
morumq; suis præbeat subditis exem-
plum, eosq; veluti manu ad amplecten-
das virtutes ducat, verum etiam ea, quæ
ad Reipub. administrationem pertinere
videtur, prudenter, iusteq; peragat, atq;
tractet: quod fiet, si animum præclaris
artibus & disciplinis imbuet, magisq; in
animi quam in corporis elaborabit di-

D 2 uitij

uitijs, pietatisq; cum primis, Philosophia
secundo tandem loco unice amplectetur
studium: hac enim sola virtutis morūq;
optimorum (qua antè omniabono requiri
in Principe, paulò ante dixi) est ma-
gistra, hac mater omnium est artium,
hac nos primum ad ius hominum, adq;
id quod situm est in humani generis so-
cietate, tum ad modestiam, magnitudi-
ne inq; animi erudit, omnemq; ab animo
tanquam ab oculis, caliginem dispellit,
hac ab omnibus unice est excolenda, di-
ligenda, obseruanda, summoq; studio
amplectenda, optimo deniq; quoq; est
dignissima: hac est, quam Cicero sum-
mis in cœlum usq; euehit laudib. s. T. Q.
O vitæ, inquit, Philosophia dux, o virtutis in-
dagatrix, expultrixq; vitiorum: quid non mo-
do nos, sed omnino vita hominum, sine te esse,
potuisset: tu virbes peperisti: tu dissipatos ho-
mines

mines, in societatem vitæ conuocasti: tu eos inter se, primò domicilijs, deinde coniugij, tum literarum & vocum communione iunxisti: tu inuentrix legum, tu magistra morum & disciplinæ fuisti. Doctrina denique, (ut inquit Plutar*in libello ad Principerud.*) ex Philosophiâ Principi assidens, & velut custos inhabitatas, virium periculū, velut ex bona corporis habitudine auferens, quod sanum est relinquit.

Et præclare Philippus Rex ille Macedonum, dum Alexandrum filium hortaretur, ut auscultaret Aristoteli, cui traditus erat instituendus, daretque operam Philosophia: Ne, inquit, multa committas, quæ me fecisse nunc pœnitet. perspexit Princeps egregius, neminem experte Philosophia regno administrando aptum esse, nec puduit fateri, se multa per errorem fecisse perperam, quod à teneris vnguiculis, Philosophia operam non dedisset. Nam qui experimentis

D 3 discunt

discunt administrare regnum, licet ingenio sint prædicti felicissimo: tamen serò, Reipublica malo, tandem boni euadunt Reges. At qui Philosophia præceptis muniti accedunt, si mens eis sit integra, vix poterunt ab honesto deflectere. Taceant ergo illi, qui literarū, ac præser-tim Philosophia studium, Principi, adq. Reipublica administrationem prorsus in utile esse clamitant. Quod si vero pietatis quoq; aliqua est habēda ratio, (haben
da autem ante omnia quam maxima) quid? nonne ad hanc quoq; propagandam, magnus est doctrinæ, artium et scie-tiarum usus? Si enim nobilis animi cul-tura cessaret, si doctrina atq; scientiarū studium conquiesceret, contra vero om-nes, ad vanam corporearum diuitiarum culturam, se ipsos conuerterent, quis qua-so re-

so rebus præasset diuinis? quis Deo omni
potenti sacra faceret? quis verbum eius
explicaret diuinum? cum non idiotam,
non barbarum, non stupidum & igna-
rum hominem, sed prudentia & sapien-
tia dotibus insignem, ad harum rerum
tractationem admittendum esse, Deus
ipse optimus Maximus incomprehensi-
bili et ineffabili sua sanxerit sapientiam.
Etsi autem Deus optimus maximus u-
nicus, isq; uberimus est omnis bonitatis
fons & principium, à quo solo tanquam
optimo eoq; sapientissimo rerum omnium
gubernatore & conseruatore omnia
promanant, quiq; solus & Republicas
administrat, et pietatis author existit,
ceteraq; omnia gubernat: vult tamen (cū
non nisi per media ut plurimum agere so-
leat) eas, tam ad Rerum publicarum
admi-

administrationem, quam ad verbi sui
sacratisimi tractationem, aliarumq;
præclararū rerum gubernationem, admit
ti personas, quæ ea sapiēter administrare,
administrata cōseruare, fidelesq; sui Do
mini serui atq; œconomi esse possint. Ex
his itaq; manifestū est, quantus sit artiū
& scientiarum (quæ vera sunt diuitia)
omnibus in rebus usus, quantā in Rebus
publicis utilitas, quantā in diuinarum
rerum tractatione necessitas.

Quod si itaq; nos quoq; Rerum publica
rum nostrarum status felices esse volu
mus, si publico consulere commodo cupi
mus, si pietas, si timor Dei, si salus nostra
nobis cordi est, (ut merito etiam esse de
bet) si deniq; gloriā nominis nostri im
mortalem esse volumus: horum vestigijs
insistentes, animum præclaris artibus

atq;

atq; disciplinis imbuamus, inq; conge-
rendis diuitijs non vanis & momenta-
neis, sed stabilibus atq; firmis elabore-
mus, hisq; velut armis instructi ad Res-
publicas accedamus: animaduertemus
profecto doctrinā & eruditione, diuitijs
animi pulcherrimis, nihil in Republica
esse utilius, nihil suauius, nihil iucundi-
us, inq; rebus preclarè gerendis magis ne-
cessarium.

Quis vero hominum auditores tam
est stupidus? quis tam barbarus? tamq;
omni a ratione alienus? qui spretā nobis-
tiore sui ipsius parte, quæ (vt ille in-
quit) e diuinis est delapsa sedibus, ad
vanam corporearum diuitiarum viam
se conferat? quæ omnium malorum, om-
nisq; principium existit impietatis: ex
his siquidem omnis generis flagitia, vi-

E tio-

tiorumq; emergunt turpitudines: hinc
luxurias, hinc abominanda promanat
auaritia, quibus in vita humana nihil
turpis, nihil atrocius, nihil pestilentius,
nihil deniq; ad interitum existit aptius:
hac viam hominibus ad adeunda queq;
flagitia aperiunt, eosq; manu quasi
ducunt. De quibus Cicero: Dux, inquit,
sunt res, quæ homines maximè ad male-
ficium impellunt, luxurias & auaritia.
Idem iterum alibi de auaritia: Nullum,
inquit, est officium tam sanctum atq; so-
lenne, quod non auaritia comminuere
atq; violare soleat. Quam vero luxu-
ria, (ut nunc de auaritia alijsq; vitijs ni-
hil dicam) atrox Rerum publicarum ex-
istat pestis, quid attinet multis dicere,
cum id luce (quod aiunt) clarius pateat
meridiana, omniumq; subinde ob oculos
versari videatur? Rerum publicarum
luxuria

luxuria existit pestis. Quarum nam?
earum profecto, quibus in vita humana,
nihil sanctius, nihil pulchrius, nihil iu-
cundius, nihil deniq; ad conseruanda hu-
mana societatis vincula, utilius vel esse,
vel etiam dici potest: quas optimè fun-
datas iustitia conseruat, temperantia
moderatur, virtutumq; pulcherrime a-
ctiones, tacentur, custodiunt, contraq; o-
mnes omnium defendunt furores. At
superueniente luxuria, nihil est in Re-
pub. tam sanctum, tamq; præclare insti-
tutum, quod non huius tantis sceleris vi-
olet audacia, nihil tam optimè fundatum
quod non vitiorum hac officina amplissi-
ma confundat atq; deleat. Ut elegan-
ter sane Heraclitus ille Philosophus, in
seditione rogatus, ut apud populum
sententiam diceret, quo pacto ciuitas

E 2 redi-

redigi posset in concordiam : consenso suggestu, poposcit calicem aqua frigida, & paululum farinæ inspersit, postea epoto calice, discessit, plane nihil verborum addens : quare innuere voluit, ita demum ciuitatem liberam futuram à seditionibus, si contempto luxu, auescerent paruo contenti esse. Quid quod nullas sibi imponi patitur leges, nulla carum mouetur auctoritate, sed omnia libere (si libertas ea potius, quam effrenis appellari potest licentia) agit. Quod vero nullis continetur legibus, id receptaculum esse vitiorum omnium amplissimum, certum est. Tanta enim est legum vis, tanta auctoritas, ut eā nihil sit, ad ius conditionemq; naturæ aptius : sine qua (ut ille inquit) nec dominus vlla, nec Ciuitas, nec gens, nec hominum uniuersum

sum genus stare, nec rerū natura omnis,
nec ipsemundus potest. Quid vero? num
exemplis in re tam egerimus manifesta?
Xerxes quoq; magnum illum Persarū
cōsiderate Regē: huic diuitiarum ingens
erat copia: huius magnitudinis atq; po-
tentia fama totum occupauerat orbem:
huic bene præclareq; instituta erat Res-
publica, regnum quoq; amplissimum: et
(ut Maximi verbis ut ar) opum ma-
gnitudine, quam altiore animi sensu
erat felicior: exercitus quoq; innumeram
penè collegerat copiam, adeo ut cum 17.
centenis hominum milibus, ad oppugnā-
dam et debellandam Græciam fuerit pro-
fectus. Res quoq; virtutum in ipso do-
minantib. dotibus, gesit haud exigua:
Athenarū enim inter cetera, urbem to-
tius Græcia clarissimam atq; potentissi-

E 3 mam

mam bello expugnauit. Sed postquam
armis sepositis, socordia se tradidisset:
usq; adeo luxuria gaudebat, ut edicto
primum ei proponeret, qui nouum vo-
luptatis genus reperisset. At quem ex
hoc tanto vitio reportarit fructum, at-
tendite: commisso cum Themistocle pra-
lio, quatuor hominum à millibus miserè
est profigatus: nauale quoq; certamen
cum eo tentauit, à quo similiter apud Sa-
laminem cœsus, cum ante a tota maria
classe sterneret, vix paruula cymba effu-
git, relicto Mardonio præfecto, qui &
ipse, re in Bœotia infeliciter gesta, cum
paucissimis, quos fato quodam ex hosti-
um fauicibus eripuerat, in Persidem se
recepit. Hoc potentissimus hic Impera-
tor luxurie tuit primum, ut qui ante
hac, regnum habuerit opulentissimum,

Rem-

Re publicam optimè fundatam, pulcherrimisq; virtutum ornamenti fulcitatam: & regnum tam praelarum amiserit, & Rem publicam optimè constitutam perdidit, hostiumq; furrori funditus delendam & extirpādam præbuerit. Volsciensum quoq; urbem illam clarissimam (referente Maximo) huius sceleris atrocitas, immanibus implicauit cladibus: opulentam eam, moribusq; & legibus ornatam, optimeq; constitutam fuisse accepimus, adeò ut Etrusci caput haberetur: sed postquam luxuria sese contaminauit vitio, in sumnam iniuriam, & turpitudinis voraginem est prolapsa, adeò ut seruorum se insolentissima subiecerit dominationi. Sed ne quis veteribus nos saltem inhære re, eaq; ad modernam vita rationem

non

non parum ineptè transferre , cum non
ea sit nunc, quæ olim viuendi ratio, obij-
ciat : age, recentioribus quoq; exemplis
rei comprobemus veritatem. Ut vero
catera, quorum infinitus profecto est nu-
merus sicco (quod aiunt) pede præteream:
vnicum vobis auditores Polonia ob ocu-
los ponite regnum, hoc considerate, hoc di-
ligentius inspicite. Quanam quæso, di-
scordiarum, quibus tantopere infestan-
tur, quæ bellorum ciuilium, quorum atro-
citas usq; adeo (proh dolor) profundas
iam egit radices, ut quocunq; iam tandem
in regno tam ampio oculos conuertas, nil
nisi ferrum & ignem, quibus ad extre-
mum usq; exitium semetipso prosequi-
tur, conspicias, quæna, in qua, horum tan-
torum malorum causa existit? Luxu-
ria. Quid tot tantorumq; virorum, tam
virtu-

Gloria tua in virtutum, quam generis nobilitate clarissimorum, sanguinem effudit innocentissimum? Luxuria. Quid tot exterorum etiam Heroum cruentos mouit gladios? Luxuria. O vitiorum omnium voraginem atrocissimam, o scelerum, o flagitorum caput crudelissimum, o malorum officinam omnium, amplissimam, quæ tot tantorumq; malorū caput atq; principium existis, quæ tantam vim sanguinis effundis innocentissimi, urbes praclaras oppidaq; euertis præstantissima, Rerum publicarum status optime fundatos confundis, regna deniq; amplissima deles atq; euertis. Sed quod vetus ille habet versiculus,

Luxuriant animi rebus plerunq; secundis

id ego, cū in aliā tum profectō in hac per

F quam

quam verissimum esse comperi gente.
Quibus enim quasō, rebus, qua ad tu-
tandam hanc vitam, conseruandamq;
hominum societatem pertinere videtur,
non abundarunt? Regnum illis erat (ut
adhuc est, nisi iam fortè, post hos bello-
rum tumultus esse desinat) amplissimum
& potentissimum, satis etiam opulen-
tum: omnia ipsis qua vel cogitando ad
ūsum reperiri possunt humanum, sup-
petebant abunde: a nemine infestaban-
tur: suauissimo libertatis fruebātur ocio:
ab hostiis furoribus erant immunes: (ni-
si fortè eum quis hostem dicat, quem Ste-
phanus Rex ille præclare memoria, cum
aliarum rerum, tum vel maximè bellicà
virtute, & rebus præclare fortiterq;
gestis, clarissimus, contudit viresq;
debili-
tanit) mox in abominanda luxuria, se
(quod

quod tamē honorū omniū pace dixerim)
contulerunt castra: adeo ut quocunq;
tandem te conuertas, nil nisi luxu om-
nia plena atq; referta conspicere possis.
At quas iam vitiorum luant pœnas, ne-
mo non videt: omnia enim loca tumultu
bellorum sunt plena, urbes et oppida va-
stantur, Res publica intereunt, hostiumq;
vndiq; fit concursus, armorum ubiq; au-
diuntur strepitus, cruenti circumgestan-
tur gladij, omni deniq; ex parte eō iam
ventum est, ut nil nisi (quod Deus o-
men auertat) extreum totius regni spe-
randum sit exitium. Ex his itaq; vi-
dere est auditores, quot & quantæ viti-
orum ex diuitijs corporis emergant tur-
pitudines, quamq; ea atroces Rerūpubli-
carum existant pestes. Quod si nullæ
alii diuitiarum animi essent (sunt au-

F 2 tem

tem plurimæ laudes, vel hoc nomine sum
mis in cœlum usq; euehendæ essent laudi-
bus, quod vitijs nos contaminari nō pa-
tiuntur, sed semper ad diuinæ virtu-
tum deducunt pulchritudines.

Deniq; cum omnia hac inferiora, ad
cœlestium illorum bonorum, piamq; di-
uini numinis contemplationem sint, refe-
renda, hac vel maxima diuitiarum ani-
mi esset utilitas, quod nos ad piam, sa-
lutarem, simulq; iucundam, diuinorum
bonorum deducunt contemplationem:
cum enim cœlum consideramus, dum ter-
ram perpendimus, dum mare intuemnr,
dum elementa mutuis inter se nexibus
coniuncta, omniaq; ex ijs composita con-
spicimus, dum mirandam DEI optimi
Maximi creationem, rerumq; omnium
conservationem animaduertimus: non
possumus

Propriateriamodul*l*
possimus profecto, non summopere diu-
nā mirari sapientiam, bonitatem, atque mi-
sericordiam, animisque nostris, in cœlestia
subinde ferri domicilia, Deoque pro inc-
Narrabili suâ erga nos bonitate atque mi-
sericordia frequentes agere gratias: quod
præstare profecto nequeunt ij, qui totis
viribus, totisque conatibus, in congerenda-
rum corporis diuitiarum studio occupan-
tur, sequetos totos ijs tradunt atque dedicant.
Ut ipse Saluator noster, à vana corporis
diuitiarum cura nos auocare studens:
Non potestis, inquit, DEO seruire &
Mammonæ. Quid quod perpetuâ eos
diuexarij solitudine, graubusque sub-
inde dilaniari curis cernimus, dum hic
bona sibi ab inimicis per vim erepta, ille
as furto sibi ablatum esse dolet: hic ades
splendidas incendio conflagratas, ille ve-

F 3 stes

stes preciosas putredine consumptas con-
queritur: hic uniuersam suam substanti-
am ab hostibus direptam, ille se summo
etiam vita cum discrimine vix evasisse
lamentatur. O insipientes, ostolidos,
o vanos vanarum diuitiarum studiosos:
non his profecto, non his, humanum oc-
cupari ingenium conuenit, verum in ijs
diuitijs acquirendis elaborare atq; eniti,
qua& nec hostium furore diripi, nec latro-
num insidijs auferri, nec incendio con fla-
grari, nec ullà mortalium vi eripi, ex a-
nimō hominis possunt: semper vero cum
eo habitant atq; excubant, eumq; nun-
quam deserunt, animum deniq; nullis
unquam temporibus solitudinibus pre-
mi, curisq; coarctari patiuntur. Ut pre-
clare Bias ille Philosophus, cum patri-
am eius, hostes invassissent, ceteris omni-
bus

bus, quos sauitia belli incolumes abire pas-
sa fuerat, pretiosarum rerum pondere
onustis, fugientibus, interrogatus, quid
ita nihil ex bonis suis secum ferret? re-
spondit: Ego vero, inquit, bona mea
mecum porto: pectore enim illa gesta-
bat, non humeris, non oculis visenda,
sed estimanda animo, qua domicio
mentis in clusa, mortalium manibus la-
befactari nequeunt: Et ut manentibus
præsto sunt, ita fugientes non deserunt,
sed eos ubiq, quoq, tandem venerint
comitantur. Quid igitur diuitijs animi,
aut utilius? qua societatem humanam,
pulchris inter se coniungunt atq, copulat
nexibus: aut honestus? quas tot summi
viri sibi unice amplectendas proposue-
runt: aut magis necessarium? sine quib.
non urbs, non oppidum, non Respublica,

non

non deniq; preclarum quicquam consi-
stere potest: aut iucundius? qua tot tamq;
illustrium rerum nobis offerunt scienti-
tiam: aut praelarius? qua omni vitiorū
turpitudine à nobis semota, pulcherri-
mas in nobis virtutum excitant actiones,
animumq; omnibus curis atq; solici-
tudinibus reddunt solutum: aut diuini-
us? qua mentem nostram ad contemptū
humanarum rerum deducunt, & ad di-
uinarum rerum contemplationem longè
iucundissimam attollunt.

Perspectis itaq; his tot tantisq; utili-
tatis. atq; encomijs diuitiarum animi,
cognitis contra vanis ijsq; pestiferis, am-
plarum huius mundi fortunarum diuiti-
arum, opum, atq; facultatum, incommo-
dis: illud quoq; unicuiq; manifestum es-
se potest, (in hoc enim altera orationis
mea

Eccl. i. 10. q. 1. l. 1.

me pars versatur) quantum nimis
ij, qui omni studio, totisq; conatibus, in
congerendis animi diuitijs occupantur,
omnemq; curam, in consequendam eru-
ditionis laudem conferunt, quantum in-
quam, distent ab ijs, qui diuinam animi
culturam spretam, ad vanas huius mundi
diuitias, studia sua conferunt. Illi enim
naturam, tanquam communem eamq;
optimam omnium matrem, unice sibi
amplectendam proponunt, eiusq; ad nor-
mam vite etiam rationem accomo-
dandam esse ducunt: hi rejectis natura-
legibus, turpissimam, eamq; naturam mi-
nus consentanea vitae rationem sequun-
tur. Illi cognitis atq; exploratis animi
donis, eius excellentia & magnitudine
moti, ad eius sibi diuitias comparandas,
quas non fluxas et momentaneas, sed

G stabi-

stables atq; firmas pene q; diuinis cognouerunt, sua sponte feruntur: hi non perspecta diuitiarum animi magnitudine, caducis huius mundi fortunis atq; facultatibus student. Illi plurimis Illustrium virorum exemplis moti, praeclaris artibus et scientijs animurn imbuunt: hi neglecto animi cultu stolidi manent et barbari, ut praterformam, nil sibi ad similitudinem hominis reliquum fecisse videantur. Ut praeclarè Stilpon ille Philosophus, cuidam interroganti: Quidnam esset statua fortius? respödit: Homo stupidus & animi cultum negligens: senserat enim virille eximus nil esse, quo homo ineruditus à statua discerni posset, praterquam externis corporis virib. qua etiam cum bestijs hominibus sunt communes. Illi donis eruditionis & sapientiae

DE LIBERIS VIVENTIBUS

tia imbuti, fructus diuitiarum suarum edunt uberrimos, cosq; in Rerum publicarum salutem, publicaq; utilitatis conservationem conferunt: hi externarum facultatum studio incumbentes, vitiorum turpitudine, quos amplissimos habent diuitiarum suarum fructus, non solum se ipsos, verum etiam alios, virtutum honestatis studiosos, contaminant, Politiasq; optimè fundatas cuertunt. Illi, ut animum excolunt, sic etiam spretis rebus hisce terrenis, animo subinde, ad pulcherrimam diuinorum rerum contemplationem feruntur, vitaq; aeterna initia in hac vita auspicantur: hi contra, ut corporis maiorem efferationem habendam ducunt, sic etiam spreta immensa diuinae bonitatis atq; sapientiae consideratione, in caducis huins mundi

G 2 rebus

rebus occupantur. Illi, cum firmas &
stables sibi compararint diuitias, omni-
bus sunt exempti curis, omnibus solici-
tudinibus, utpote, quas nulla armorum
vi, nulloq; hostium impetu, aut alia qua-
uis ratione, auelli posse cognoverunt : hi
cum vanas et momentaneas suas esse di-
uitias sciant, perpetua premuntur soli-
citudine, curisq; subinde diuexantur. Un-
de alia quoq; eaq; non postrema diuitia-
rum animi, vitaq; huius iucundissima
emergit laus & utilitas, quod dum nos
omnibus eximit curis, facit simul etiam,
ut liberè pulcherrimum hoc mundi thea-
trum, peregrinando per uari atq; per-
lustrare, multorumq; clarissimorum viro-
rum suauissimo frui colloquio & famili-
aritate nobis liceat.
Exacta sunt, auditores doctissimi,
oratio-

orationis partes due: Tertia restat, in
qua mihi in arena cum aduersarijs de-
scendendum erit, telaq; eorum in laudes
vit & huius iucundissima comparata, re-
pellenda atq; rectorquenda. Quoties ve-
ro complector animo, diligentiusq; mecum
considero, duas causas reperio, cur vita
hoc genus, in comparandis animi diui-
tijs occupatum, miserum quibusdam esse
videatur: unam, quod omnibus priuet
voluptatibus & deliciis: alteram, quod
summis acquiratur laboribus. Earum
si placet, auditores, causarum quantum
quaerat, quantumq; iusta sit, vide-
amus. Priuat hæc vita voluptatibus?
at quibus voluptatibus? num ijs, in
quibus hodie à plerisq; summa reponitur
felicitas? O præclarum vita genus, o pul-
cherrimos diuitiarum fontes, qui id au-

G 3 ferunt

ferunt à nobis, quod est in omni vita vi-
tiosissimum. Accipite enim, auditores
optimi, animisq; infigite vestris, pu-
lcherrimū illud Tullij, magni imprimis
Et praelari viri dictum, quod ille fre-
quenter usurpare, suoq; habere semper in
ore solebat, Imitatricem esse boni volu-
ptatem, malorum matrem omnium, cu-
ius blanditijs corrumpuntur, quæ natu-
rā bona sunt, nullamq; capitaliorem pe-
stem, quam corporis voluptatem, homi-
nibus, à natura datam esse: hinc patriæ
prodiciones, hinc cum hostibus clande-
stina colloquia nasci dicebat: nullum de-
niq; scelus, nullum tam magnam faci-
nus esse, ad quod suscipiendum non li-
bido voluptatis impelleret. Hac ille de
voluptate: ex quibus videre est, quanta
sit eius in vita humana turpitudo, quan-
ta atrocitas, quā dominante, nihil recta
ratio-

XXII. | **GENE** | **V. 20.** | **20.**
ratione geri, nihil praeclarè institui, nihil
quicquam optimè administrari certum
est. Ponite enim vobis ante oculos, au-
ditores, primi illius seculi homines, No-
èqz considerate tempora: cum omnes vo-
luptatibus sese dedissent, Deus optimus
maximus, uniuersum genus humanū,
aquarum voragine pessundare atqz dele-
re constituerat: plurimis ijsqz manifestissi-
mis argumentis, ira sua diuina magni-
tudinem declarans, ut, (cum tardus ad
pœnas infligendas sit) eorum animos à
tanta impietate avocatos ad serium pie-
tatis pœnitentiæqz studium, flecteret.
Quid quod arcam, quam Noacho, viro
unico in uniuersa terrarum amplitudi-
ne iusto & pio, ad suam suorumqz vitā
conseruandam adficare præceperat, om-
nium ante oculos ponendam voluit, tan-
quam

quam ipsam tantæ impietatis ultricem,
quaæ præsentem quasi iam aquarum mul-
titudinē adesse significaret: quibus homi-
nes nihil moti, securæq; in vitijs persisten-
tes, pertinacia & impietatis pœnas de-
derunt satis amplas: statim enim tanta
vndarum multitudo, vniuersum terra-
rum orbem impleuit, ut unico Noacho-
cum suis in arca saluo & superstite reli-
cto, omnes, tam homines, quam bruta
animantia, aquarum multitudine obru-
ta, misere perierint. Vrbes quoq; illas
Sodomecorum & Gomorrheorum, volu-
ptas, in horrendas ira & diuinæ pœnas, im-
plicauit, igniq; consumendas præbuit.
Quorsum hac? ut intelligatis, si volupta-
tem aspernari ratione & sapientia non
possimus, magnam habendam, vita hu-
ic in studijs literarum versanti gratiam

que

que nos à voluptatibus, tanquam à domino agresti & furioso liberat, aq; via, quā ad certissimum itur exitum declinare facit atq; deflectere: eiq; non modo vituperatio nulla, vērum etiam summa laus tribuenda est, quod ea voluptates huius corporis non magnopere desiderat, eorumq; suavitate, minus trahitur. Habet vero hac quoq; vita suas voluptates & delicias, easq; voluptates, qua pietati & utilitati, adiunctum simul etiam habent iucunditatem & pulchritudinem. Quid enim per Deum immortalem, aut pulchrius, aut utilius, aut iucundius, esse unquam in hac vita potest, quam variarum earumq; pulcherimarum rerum habere scientiam & cognitionem? quāres, humano alias ingenio absconditas, oculis mentis adire &

H inqui-

Scientia

Theolog.

S. Plutoni.

inquirere queas. Nā quid ego de uiuis-
co Theologia& studio dicā? quod, quam sit
iucundum, quam utile, quam salutare,
apud omnis pietatis studiosos manife-
stum esse potest: hoc enim oculos men-
tis nostræ à prauitate humana avocatos,
ad considerationem & cognitionem, ef-
fentia, bonitatis atq; sapietia diuina eue-
hit: nobisq; mysterium sancta aperit Tri-
nitatis. Quid Philosophia proferam
studium? cuius quant a sit laus, quant a
utilitas, quant a in vita humana neces-
sitatis, in prima orationis parte breuiter
exposui, aut extremis saltē, (quod a-
iunt) digitis attigi. Hac enim est illa
virtutum indagatrix optima, que re-
ctissimam nobis viuendi rationem mon-
strat: cuius scientia & cognitione imbū-
ti, animum ab omnibus vitiorum tene-
bris

bris vindicamus & corrigimus, virtutibusq; exornatum, ad Rerum publicarum munera capessenda, rectaq; ratione administranda, reddimus habilem atq; aptum. Quid de iuris prudentia dicam? quæ optimis legibus Republicas præclare constitutas fouet atq; conseruat, cinesq; iusta viuendi ratione traditæ, ad concordia studium, pacemq; colendam incitat. Quid Medicinam proferam? quæ nos ad studium rei herbariæ ducit, earūq; nobis vires, effecta, facultates, temperamenta, naturam deniq; ipsam aperit, usum demonstrat. Quant a vero eius in vita humana sit utilitas, quid multis attinet dicere, cum varijs affecti morbis, in extremo vita discrimine, ad medicos configiamus, eorumq; opera in tēperanda pristina corporis nostri sanitati

H 2. vt.

Juris p.

Medic.

Physicus.

ut amur. Quid Physice? quæ in speculatione rerum naturalium occupata, pulcherrimarum non minus quam utilissimarum rerum, nobis offert cognitionem. Dum enim cœlestium corporum naturam, sapientissimo Dei optimi Maximi consilio productam, dum motus eorum, pulcherrimo quodam & artificiosissimo ordine, inter se distinctos, dum facultates eorum consideramus: dum elementorum simplicissimas qualitates alternasq; inter se vicissitudines, ceteraque omnia terra ambitu comprehensa, ex his tanquam secundarijs rerum principijs, composita & compacta cernimus: dum pulcherrimam rerum naturalium specuaculam earumq; ad mirandam et contemplacionem inspicimus: dum varias, variarum reum causas inquirimus: dum au-

gustis-

gustissimam primorum principiorum,
materie, forme, & priuationis doctrinam
consideramus: dum purissimam
omnisq; materia expertem animæ essen-
tiam, penitus introspicimus, quoq; pacto
corpus ab ea humanum, tanquam ma-
teria à sua forma informetur & suspen-
tetur contemplatur: dum deniq; varias
rerum omnium actiones, facultates, &
fines, perscrutamur: non possumus profe-
ctò, augustissimam Physicis doctrinam,
non summis in cælum usq; euhere lau-
dibus, eamq; unice exosculari, que nos
tam, non solum utilitatis, verum etiam
iucunditatis plenissima imbuunt scientia.
Omitto iam alias quoq; præclaras scien-
tias artes atq; disciplinas, quarum iu-
cunditas, pulchritudo, summaq; utilitas,
non unius horula, non duarum, aut tri-

H 3 um

um, non integri etiam diei, verum bidiui, aut tridui etiam spatio, vix, ac ne vix quidem percenseri, dignisq; encomijs celebrari posset. Quæ sunt igitur voluptates corporum? quæ earum laus? quæ utilitas? quæ mihi voluptatibus animi, non modo præferenda, sed ne minima quidem ex parte comparanda videntur. Taceant itaq; ij qui omnib. eam carere voluptatibus dicitant: turpibus ea quidem caret voluptatibus, caret ebrietate, caret commessationibus, caret infandis libidinibus, at non caret vera illa voluptatū animi iucunditate, quam ex studijs literarum haurire subinde potest.

Sequitur altera vituperatio, quod eam summis coniunctam laboribus & difficultatibus accusant, ideoq; fugendam

dam esse arbitrantur. Quod vero illud
crimen est? qua huius vita vituperatio?
cum videatis eam omni vita generi esse
communem. Quam enim tu mihi vita,
in societate hac humana ostendas, qua
non summis sit coniuncta laboribus, dif-
ficultatibus, & molestijs? Mercatores
enim inter ceteros consideremus: nonne
hi amore externalium diuitiarum ducti
magno cum vita, rerumque discrimine, in
tegra mariâ peregrinando tranare, ter-
raq; varia eaq; difficilima loca peragra-
re consuerunt, ut ille inquit:

Impiger extremos currit mercator ad
Indos,
Per mare, pauperiem fugiens per saxa,
per ignes.

At vero maioribus et diuturnioribus
est vita eorum implicata laboribus, qui
corporis

corporis quam qui animi querunt diui-
nitias: hi, enim ijs semel acquisitis, in
pulcherrimo otio totum vita & tēpus tran-
sigunt, eoq; suauiter perfruuntur, fructus
diuitiarum suarum percipiendo iucun-
dissimos: at illi, semper, aut amissas recu-
perare, aut acquisitis (cum πλεονεξίας vitio
maxime laborent) addere, easq; augere
student, at q; sic totum vita & tempus
continuis laboribus & molestijs oneran-
do, longè viuunt miserrime. Praclare
mihi, respondisse talibus videtur, excell-
lens ille orator Isocrates: Μή κατόκνε μάκραρ
δδόρ πορένθαι πρός τους διδάσκαλον τί χρήσιμορ ἐταγ-
γελλοτείνεται. αἰχρόμ γάρ, τοὺς μὲν ἐμπόρευσε τηλικάντα τε-
λάγη διατερόμ ἔνεκα τῷ τλείω τοιήσου τῶν πάρχεσαρ
οὐσίαρ. τοὺς δὲ νεωτέρος μηδὲ τὰς ήττα γλῶ πορείας ὑπο-
μένειν, ἐπὶ τῷ βελτίῳ κατασκει τῶν ἐαυτῶν διάνειαρ.
Nete pigeat longā ireviā ad eos, qui se ali
quid vtile docturos profitentur. Cū enim
mercatores, rei familiari s augendæ gra-
tia

tiâ tanta maria transmittant; turpe fuerit, adolescentes, excolendi ingenij causa, nec terrestre iter velle suscipere. Et illustre illud nostræ gentis sidus Ianus Pannonius.

Scilicet haud vñquam leuiter preciosa parantur,
Nec nisi difficili singunt ingentia visu:
Nimirum, illa rudes mundo abstensura tenebras
Ornatura nouos, illustratura vetustos,
Per magnos cumulanda fuit doctrina labores.

Nihil itaq; agunt, qui vitam hanc nostram, ideo quod magnis acquiratur laboribus, fugiendam existimant.

Quæ cum ita sint, neminem profecto pietatis honestatisq; studiosu, his vel minimum moueri decet, cum criminationes has, quibus ab aduersarijs impetimur, non tam nostra, quam eorum vita, obici per quam commode posse, demonstra-

PER | VEN | IAS VITCEMADIS
tum sit? Sed ne et vestra quā mihi conces-
sistis, licentia, abuti videar, neuc longior
aliquantulum, quam forte sperabatur,
orationis mea prolixitas fastidū animis
pulcherrima audientium corona, pariat,
finem orationi mea impositurus, ad vos,
ultimo iam tandem loco, Generosi, orna-
tiissimi & doctissimi auditores, vela ora-
tionis mea conuerto, usq[ue], oro & obsecro,
per sacra obtestor, ut si qua non modo
humana, verum etiam diuina, in pulch-
errimis animi diuitijs commendatio de-
bet esse, eas, quas primi nostri parentes,
multi magni & praelari viri, Reges &
Imperatores plurimi, non solum necessa-
rias, utiles & iucundas, existimarunt,
verum etiam ante omnia, unice sibi am-
pleteendas atq[ue] exosculandas, diuitijs q[ue]
corporis longe praferendas duxerunt, vos
quocq[ue]

quoq; cordi vobis esse patiamini, ani-
mosq; vestros his imbuatis et exornetis,
Id si feceritis, animaduertetis profecto,
vos, & Republicas à pessimis quibusq;
labefactatas, in pristinam dignitatem
restituturos, & Ecclesiam DEI, varijs
aduersariorum telis impeditam, in hac
extremâ mundi senectâ, defensuros &
cōseruaturos, præclarum deniq; nominis
vestri decus posteritati subsecu-
tura relicturos.

D I X I.

¶ ¶



Z

P

Андрей 1403 годъ, 14

Сего мѣсяца въ субботу


Святаго апостола Павла

помилованіи.

XXI. О 121 Григорій

митрополитъ М

ицкій





ПЕРВЫЙ ОЧИТИЛЪ

иудеевъ иъ земли

Израїль


иъ земли Иудеи





Z

K





1914-2563

ORATIO
DE BONIS ANIMI
ET CORPORIS, SCR.
PTA ET
HABITA IN INCLY.
TO NATIONIS HVN.
GARICAE COETV VVL.

